





1903.2133 260  
**ODAE SECVLARES**  
IPSIS SACRIS SECVLARIBVS SECUNDIS  
QUIBUS  
**AVGVSTANAE**  
**CONFESSI**ONIS

MEMORIA RECOLEBATVR

D. VII. KAL. IVL. ANNO QVAM SALVS PARTA EST

∞ 1000 XXX

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI

SOLENNITER CELEBRATIS  
INTER CHOROS AC SYMPHONIAS  
RECITATAE

---

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA GERDESIANA

ODAE SECULARRES  
IPSIS SACRIS SECULARIBUS SECUNDIS  
QUPASI

# AGASTANAE CONFESSIOMIS

MEMORIA PECUNIARUM  
D. ANTONIUS IACOPO GELMI TURINENSIS  
1660 XXX

ACADEMIA LEMPERGENSI  
SOCIENITATIS CELEBRATIS  
INTER CHOROS AC SYMPHONIAS  
ROTATATE



UNIVERSITATIS  
EX ORIGINA GERMANICA



I

**D**erstat, aeterna redimita lauru,  
Et triumphales animosa currus  
Veritas scandens, properat secundum  
Claudere seclum.

Cantat exactum, tumidos tumultus  
Inter, et ponti fremitus, laborem:  
Atque subductam merito coronat  
Munere cymbam.

Vnde? quo tendis? quibus eniteſcis  
Frondibus uictrix? quod in arma pectus  
Numen accedit? docuitque certa  
Vincere dextra?

Fama te, tristes miseram procellas  
Inter errantem, dubia carina,  
Fluctibus praedam fore murmurabat,  
Ludibriumque;

Efferis primū rabidisque, poſthac  
Hostis ueluis, quoties inermem  
Dentibus captans, cupida teneri  
Chandele ſecundum Fauce putabat?

Debili quondam, lacrymabilique,  
Atque iuuenti mediis in undis,  
Quis tibi tantos animos et ignes  
Munere clauspar Addidit Auctor?

Nempe diuinis tibi pectus ardet  
Ignibus: vindex Deus huic ministrat  
Ancoram nauis, tenuemque muro  
Cingit aheno:

Nil uenenata memor orcus ira  
Obstitit coeptis, nihil et potentum  
Excitae mentes, nihil euocatus  
Terruit orbis.

Machinae centum, positaeque moles,  
Pectus accendunt magis, et probatum  
Igneis augent animis, docentque  
Quaerere palmam.

Nescit ingestis sibi sic aceruis  
Flamma compesci, sed iniqua rumpit  
Vincula, et late crepat, arduosque  
Explicit ignes;

Vt fatigatus toties subinde  
Spiritus creuit, cupidisque *Verum*  
Latius sparsit studiis, facemque  
Praetulit orbi.

Arceas summo licet a senatu  
Arduos magnis animis Lutheros;  
Principes surgunt, loquiturque *Constans*  
Vera Iohannes:

Quis timor? Cuncti taceant, loquentur  
Entheae quercus tamen, et loquetur  
Caucasi late positum diserto  
Vertice saxum:

Ludit exultim, calidisque sanguis  
Aestuat uenis, tenerisque tentat  
Gaudiis mentem, penitisque miscet  
Iubila neruis.



Annuat coeptis Deus, atque nostrum  
Audiat carmen, quod et hoc in aeum  
Viuat, et porro, repetatque posthac  
Tertius orbis.

## II.

Arbiter rerum, tua cura nobis  
Mitis adspiret, stabilemque gentem  
Tertium in seclum, meliusque semper

Proroget aeuum:

Hic tuos cernas facilis triumphos,  
Hic ames porro, Pater atque Custos  
Gentium, ueris precibus, pioque

Carmine dici.

Viuat AVGVSTVS PATER, et beato  
Temperet sceptro Clarias Camenas:  
Gaudeat saluo, et regat aequus orbem,

PRINCIPE NATO

Spesque



Spesque multorum bona seculorum,  
REGIVM crescat GENVS, atque nomen  
Terminet caelo : tegat alma nostram  
R V T A quietem:

Faustitas et pax, comes utriusque  
Veritas, laetis dominantur hortis,  
Et caput lauro, sociaque myrti  
Fronde, reponant.

Personet laeto tuba nostra cantu,  
Atque diffusum penetret per orbem,  
Haec docens olim celebrare nostros


Sacra nepotes



PRINCIPÆ NATO

Spelunca





g4 A 7380



June 1999 VD 17

TT





60

ODAE SECVLARES  
IPSIIS SACRIS SECVLARIBVS SECVNDIS  
QUIBUS  
AVGVSTANAE  
CONFESSI<sup>N</sup>ONIS

MEMORIA RECOLEBATVR  
D. VII. KAL. IVL. ANNO QVAM SALVS PARTA EST

8 Iccc xxx

IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
SOLENNITER CELEBRATIS  
INTER CHOROS AC SYMPHONIAS  
RECITATAE

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA GERDESIANA